

A E Q V A T O R I V M

utramq; partem computando. Deinde pone unum pedem circini in G, & alium extendas usq; ad 63 minuta, & 36 secunda in linea minutorū, & secundū illam quantitatem fac semicirculum, qui dicitur longitudo propior, & est quartus circulus quem intitulabis D T B, D sub C, T sub B, & B sub A. Item super idem centrum fiat semicirculus F H I, F sub D, H sub T, I sub B. Ita quod tam G F semidiameter quam G I, sint 52 partes, & 50 minuta de eisdem partibus. Deinde diuisa linea D G I in duas partes eaequales, & in eius medio facto centro ducatur semicirculus D K I, contingens utrumq; semicirculorū priorū. Posthac de semidiametro D G, capiatur linea 45 partium & 56 m, quae sit linea G K. Item de linea G B capiatur altera linea 38 partiū & 10 m, quae sit linea G M, & super lineā K M perficiamus semicirculum. Item de linea D G capiamus lineam 28 partiū & 16 m, quae sit linea G N. Alteram lineam G O de linea G B quae sit 23 partiū, 30 minutorū, & perficiamus semicirculū super lineam O N. Illis circulis factis, duc lineas rectas per 63 puncta à linea minutorū usq; ad quartū circulum, qui dicitur longitudo propior, que necessario cadet orthogonaliter sup lineam minutorū, similiter easdem 63 diuisiones sive minuta, signa in linea G B in numero & mensura æquatissimè. Et iterū per illasdiuisiones duc lineas rectas per omne spaciū usq; ad prædictum circulum quartum, quae lineæ æquidistant lineæ minitorum, & orthogonaliter cadant super lineam G B. Et in linea G B ab illo punto G uersus B, signa numerū illorum minitorum. Sed tertium circulum sic diuide, pone regulam super G, & aliam eius partem super quintam uel sextam diuisionem, seu minutum in circulo exteriori tropici Lunæ, ubi quinta uel sexta diuisio tangit primum circulum. Et regula sic iacente, protrahe lineam rectam per spaciū & marginem, & sic procede per quintam uel sextam sicut placet, secundum autem circulum, qui erit pro punctis Lunæ ecclipsatis sic diuide. Intra tabulam paruam quae intitulatur tabula punctorum Ecclipsis Lunæ ad longitudinem propriem p argumentū Lunæ, & accipe gradus, minuta in directo unius puncti, & tot gradus & minuta numera in argumēto Lunæ ab A uersus B, quod in tabula inuenisti, & iacente regula super G, & alia eius parte super numerū talē in argumēto, intersectū circulū secundū, q; est punto rū Lunæ, cū punto notabis, & ducta linea recta per spaciū & marginē iterum intrabis eandē tabulā, & fac ut prius fecisti usq; ad 21. Et incipias à B inscribēdo numerū punto rū uersus A usq; ad 21. Et eodem modo fac de alia quarta, scilicet

P.	G	M
0	0	0
1	1	56
2	4	20
3	7	0
4	9	40
5	12	26
6	15	3
7	17	45
8	20	36
9	23	40
10	26	30
11	29	38
12	32	50
13	35	50
14	30	4
15	42	40
16	46	30
17	50	38
18	54	43
19	60	6
20	65	40
21	74	0